



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

11 An tenearis promissione, voto, vel iuramento, si dubites adfuisse
deliberationem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

teneri, si facta diligentia vincit dubium non potest, ita Soto lib. 7. de iustit. quest. 3. art. 2. Gratius decif. lib. 2. cap. 31. in fine. Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 1. num. 5. & lib. 8. de Eucharist. cap. 45. num. 3. in comment. litt. P. Man. tom. 1. sum. cap. 99. n. 5. Saá edit. Complut. & Rem. verb. dubium, n. 1. Reginald. in pract. 1. 2. lib. 18. n. 176. Villalob. tract. de conf. diff. 2. 1. Thom. Sanch. alii allegatis lib. 1. de matrim. disp. 9. n. 11. & lib. 2. disp. 41. n. 32. & in Decal. cap. 10. n. 36. & lib. 4. cap. 1. n. 16. Ioan. Sanch. alii allegatis disp. 43. n. 1. Kebell. de iust. p. 2. lib. 1. q. 2. n. 15. §. qua etiam ratione. Suar. 5. tom. in 3. p. disp. 40. sect. 5. n. 15. latius tom. 2. de relig. lib. 4. de voto, cap. 5. n. 7. Salas supra, quoties votum est de re molesta, & onerosa, vt fere semper contingit, fauetque Glossa in cap. ex parte de censibus.

Ratio est, quia videtur iniquum cogi promittentem ad certam solutionem, quin probeatur promissio extitisse. Quare in foro externo, & iudiciali nemo promissis cogitur stare dum de promissione non constat: si enim aliquid volenti nubere, obicitis vouisse castitatem, dum non probas votum, non cogitur à matrimonio desistere. Ergo neque in foro conscientie cogendus est votum seruare, si in illo foro conscientie non constat. Item vbi tractatur de obligatione contrahenda, facienda est stricta interpretatio, ex l. quidquid adstringendi, ff. de verb. obligat. & cap. 1. de iureiur. in 6. fauetque reg. 11. de reg. iur. in 6. Vbi partium sunt iura obscura, reo fauendum est, potius quam auctori. Cum ergo vouens, & promittens reus sit, illi in casu dubij fauendum est.

Hæc ratio probat te non esse obligatum, etiam si propendeas magis te vouisse, dummodo semper maneas dubius, sic uterque Sanchez supra. At si probabile tibi sit vouisse, & de contrario solum sit formido, neque vales assensum præstare, tenetis promissione, quia iam est moraliter certum, te debito rem esse. Si autem pro utraque parte probabiles rationes habeas, poteris sequi, quam malueris, vt de se constat, sic Thom. Sanch. de sponsal. disp. 9. n. 11. fine. Suarez lib. 4. de voto cap. 5. n. 5. Ioan. Sanchez disp. 43. n. 2.

Ad primam oppositam sententiam respondet optimè Suarez supra num. 8. & seqq. illam regulam. In dubiis melior est conditio possidentis, non solum in materia iustitiae, sed cuiuscunque virtutis habere locum. Tum quia iura ex quibus desumitur, sine vlla restrictione loquuntur, & constat ex reg. in parte 65. de reg. iur. in 6. Tum etiam, quia quilibet habet ius latè sumptum circa suas proprias actiones, vt possit illas liberè, & sine obligatione exercere. Ergo dum non probatur, illas debere, pro libertate stat. presumptio.

Ad secundam, neque in dubio iuris, neque in dubio facti, si dubium speculatiuum sit, obligationem esse semper sequendi partem tutiorem, sed id esse conuenientius. In materia autem irregularetatis, homicidij ob specialem reuerentiam rerum sacratarum pars tutior sequenda est, vt diximus.

PUNCTUM X.

An tenearis promissione, voto, vel iuramento, si dubites adfuisse animum promittendi, vel vouendi.

- 1 Orii potest dubium ex verbis, & ex intentione.
- 2 Si dubium oriatur ex verbis, non tenetis.
- 3 Si oriatur ex intentione, proponitur ratio difficultatis.
- 4 Resoluitur te esse obligatum.
- 5 Apponitur quadam limitatio de iuramento metu extorto. Sed non approbatur.
- 6 Si dubites, an cum ambiguitate illo in casu iuraueris, non tenetis.

Potest hoc dubium oriri ex duplici capite. Primò ex eo quòd verba prolata ambiguum sensum habeant, cum aliquando accipiantur in sensu verè promissorio, & aliquando non: aliquando denotant promissionem veram, aliquando propositum: aliquando denotant iuramentum, aliquando simplicem assertionem, vt si dicas: Per fidem, vel conscientiam meam hoc faciam. Secundo oriri potest dubium ex intentione, an scilicet habueris intentionem promittendi, vel solum simulandi.

Et in primo casu affirmito perseuerante dubio te voto, iuramento, aut promissione non teneri. Quia tunc dubium est, an sit votum: in quo casu fauendum esse libertati diximus, & meo iudicio, de iuramento decifum est in cap. clericus, de iur. iurando, vbi clericus qui iurauit seruare statuta suæ Ecclesiæ, pœnitenti iuramento, aliud denuo statutum factum est, promissisque per idem iuramentum factum, se seruaturum nouum illud statutum, Et respondet Pontifex. Licet transgredi non debuisset, quod promissit, non tenetur ad illius obseruantiam ex debito præstiti iuramenti, cum tamen dubium esset, an iuramentum antiquum ad præsentem materiam extendere & ita docet Suar. tom. 2. de relig. lib. 2. de iuram. cap. 33. num. 3. & lib. 4. de voto cap. 6. num. 2.

De secundo casu, quando verba probata non patiuntur dubiam significationem, sed certam, & dubitatur, an habueris intentionem iurandi, promittendi, & vouendi, vel potius simulandi; vt dubitas, an serueris promissionem, votum, vel iuramentum obligare; alicui possit videri in tui fauorem faciendam esse interpretationem. Quia possides tuam libertatem, dum non constat ligatum fuisse; ac tunc dubius sis de intentione promissionis, non tibi constat ligatum esse, quia non constat de voto, iuramento aut promissione, quæ ad eorum constitutionem, & essentiam requiritur intentionem. Et confirmo. Dubius an sit imposta lex, vel an factum fuerit votum, lege, & voto non tenetur, sed qui dubitat de intentione, dubitat de voto, promissione, & iuramento, cum sine intentione non sint. Ergo non tenetur.

Nihilominus in hoc dubio tenendum est pro certo te obligatum esse promissione, voto, & iuramento. Primò, quia delictum præsumi non debet nisi probeatur, ex cap. abfit, 11. quest. 3. ibi, abfit et quidquam finitum de his arbitrium qui Apostolico gradu succedentes. Christi corpus sacro ore confitentur; & tradit Vlpian. in l. merito, ff. pro socio, & ibi Doctores, & abundè confirmat Menochius confil. 99. n. 12. conf. 82. num. 105. & con. 10. n. 54. Alciat. in tract. de presump. regul. 3. presump. n. 1. Mascard. de probat. verb. delictum, conclus. 496. n. 1. Si autem in tali dubio animus adfuisse præsumatur, iam delictum præsumitur. Ergo non est præsumendum adfuisse. Secundo verba signa sunt intentionis, dum contrarium non probatur; nemo enim dicere præsumitur, quod non sentit, l. Labeo 7. ff. de suppellect. legat. quo loci Cellus ex Tuberonis sententia dixit nomina esse, vt demonstrant voluntatem dicentis, & quemquam non dicere, quod non sentit; & tradit Bald. in cap. mandatum, de prescript. in princ. & in rubr. de testib. & in l. voluntas, C. de fideicommiss. & multis allegatis Menochius de presump. lib. 6. presump. 35. à n. 2. & lib. 3. presump. 1. à n. 37. Tiraque. l. si unquam, verb. libertas, n. 17. & seqq. Ergo dum non probas defuisse intentionem præsumendum, in est verbum te habere. Tertio probato facto præsumuntur adfuisse omnia requiritur ad illud, vt docet Thomas Sanchez lib. 2. de sponsal. disp. 9. num. 13. ex Panormit. in cap. 1. de his, que vi, num. 9. & ex cap. in presencia de probat. vbi probata professione, præsumitur profitemens habuisse legitimam ætatem, & neganti incumbit onus probandi. Ergo cum constet de promissione, voto, & iuramento, præsumi debet animus requisitus adfuisse; & ita tenet Suarez loquens de iuramento, lib. 1. cap. 33. n. 4. & lib. 4. de voto, cap. 6. num. 4. Thomas Sanchez lib. 1. de sponsal. disp. 9. num. 13. Nauar. lib. 3. confil. tit. 34. de voto, conf. 4. in fine. Corduba sum. q. 147. Syluest. iuramentum 4. q. 7.

Supradictam doctrinam limitant Panormitanus in cap. se verò, de iureiur. in fine, & Angel. verb. iuramentum 5. n. 10. Syluest. iuramentum 4. quest. 7. dicto 4. Scraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 110. n. 16. vt non intelligatur de iuramento iure extorto. De hoc enim dicunt, in casu dubio non præsumi iuramentum habuisse intentionem iurandi, aut se obligandi. Quia cum habeat sufficientem causam dissimulandi intentionem ob violentiam sibi factam, potest ius præsumere talem simulationem adfuisse.

Limitatio mihi non probatur, quia præsumere simulationem in iurante, est præsumere delictum, cuius præsumptio vitanda semper est, præcipue cum non cedat in fauorem promittentis, cui magis faues affirmando esse obligatum promissione, quam esse delinquentem ex simulatione. Et ita tenet Felin. cap. si verò de iureiur. in fine. Alex. ibid. num. 42. Imola in cap. ad audiendum, de his, que vi, num. 5. Couart. 2. part. c. 3. num. 3. fine. Cuetier. de iuram. 1. p. cap. 57. num. 20. Suarez lib. 1. de iuram. cap. 33. num. 6. Thomas Sanchez lib. 1. de sponsal. disp. 9. num. 13.

Aduertit tamen, & bene Suarez n. 6. circa finem, si dubius sis, an cum ambiguitate verborum, vel restrictione mentis iuraueris, te non tenet iuramento, quia tunc dubius es de iuramento. Neque in tali casu præsumitur te delictum commisisse, cum habeas sufficientem causam æquocatione vitandi. Vt autem tale dubium cum fundamento habere possis, debes prius nosse illos occultandi modos, alias quomodo confugere posses ad restrictionem, si restrictionem apponere ignorabas.

PUNCTUM XI.

An tenearis promissione, voto, vel iuramento, si dubites adfuisse deliberationem.

- 1 Ex quibus causis deesse possit deliberatio.
- 2 Ex impedimento atatis non desumitur efficax argumentum ad annullandam promissionem.
- 3 Dubius, an expleueris septennium existimat Thom. Sanchez te debere reputare expleuisse.
- 4 Probabilitate non caret opprobrium.
- 5 De dubio orto ex somno, ebrietate, vel phrenesi.
- 6 Quid sentiant Thomas Sanchez.

- 7 Dubius an fuerit perfectus liber ad votum, iuramentum, vel promissionem factam in somno, ebrietate, vel phrenesi, credere potest non fuisse.
- 8 Quia ratione tenentur vota, iuramenta, aut promissiones, si dubitatur tempore amenitiam somni, vel ebrietatis facta esse.
- 9 Fit satis argum. n. 7. adductis.
- 10 Regulariter subita passio iracundia non tollit deliberationem requisitam ad votum, iuramentum, & promissionem.
- 11 Quod cessante calore iracundia penitentis promissionis facta, non inferi validam non esse promissionem.

EX multiplici causa deesse potest deliberatio. Primo ex incerta aetate. Secundo ex impedimento naturali, & accidentario, quale est somnus, phrenesis, vel ebrietas. Tertio ex subita passione.

De primo impedimento aetatis dicendum est ex sola illa praeside defumi non posse efficac argumentum ad annullandum promissionem. Potest enim puer ante septennium doli esse capax, vt colligitur ex cap. iuuenis, de sponsal. ac proinde votum, & iuramentum, sicut & sponsalia valere. At quia ante septennium ratio, vel nunquam perfectus usus rationis contingit ideo regulariter nec votum, nec iuramentum, nec promissio facta ante illam aetatem valida reputantur. Et in casu dubio vt invalida reputari possunt, quia est coniectura non leuis defectus rationis vsus. Et contra vero tranfacto septennio quia ius praesumit perfectum vsus rationis, nisi aliunde contrarium probetur valida debet iuramenta, & promissiones reputari. Et ita tenet alius relatus Thomas Sanchez lib. 1. de matr. disp. 9. n. 12 & 14. lib. 4. de voto, c. 1. n. 14. Suarez tom. 2. de relig. lib. 2. de voto, cap. 6. n. 6.

Quod si dubium sit, an expleueris septennium existimat Thomas Sanchez illo lib. 4. de voto, n. 14. cap. 1. praesumendum esse te expleuisse, & votum valere. Primo, quia sic communiter accidit, ratio enim sunt vota, aut iuramenta ante septennium, & praesumptio ex communiter contingentibus debet sumi. Secundo, quia constat de voto, & promissione, exculatio aetatem est dubia. Ergo pro voto est iudicandum. Tertio in casu dubii semper defendendus est valor actus pro quo est possessio. Quarto non leue argumentum defumitur ex cap. in praesentia, de probat. vbi allegantur votum emissum in minori aetate, neque probandi sufficienter declaratur valuisse. Quinto ex doctrina Bald. in l. si maior in fine, C. communis diuidendo, vbi ait cum quis velit elidere dictam propter inhabilitatem aetatis, debeat omnino probare talem inhabilitatem & in consil. 66. n. 5. vol. 9. dicit, ei qui ex aetate peti restitutionem de aliqua laesione, vel alicuius contractus rescissionem, incumbere onus probandi dictam minorem aetatem, ex qua rescinditur talis actus. Ergo qui vult allegare non fuisse eius promissionem validam, eo quod promiserit ante septennium, illi incumbit, onus probandi, & dum non probat, sed dubius est, pro promissione est standum.

Nihilominus, etsi supradicta doctrina probabilior mihi sit, probabiliter tamen non caret contraria sententia, nempe dubitantem de perfecto vsu rationis, & nescientem expleuisse septennium, non teneri voto, vel alia quacunque promissione tenet expressè Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 2. docum. 1. §. sed est hic vbi dicit quod votum est factum ante legitimum tempus pubertatis, non obligat in conscientia, nisi vouens sit ita certus, quod tunc habuerit vsus rationis vt nulla aut tenuissima apud viros prudentes reliqua fiat dubitatio contrariae opinionis. conuenit Vega lib. 4. sum. cas. 416. Capua lib. 2. dec. c. 31. sine Beza casu 49. in sum. fol. 233. Moueor non ob rationes Soti, quae si aliquid probarent, probarent; post septennium toto tempore ante pubertatem valida vota non reputanda esse. Sed moueor primo quia tunc non supponitur votum, iuramentum, aut promissio, cum de constituendis illa dubitetur. Secundo, iuramentum, votum, & promissio semper debet in casu dubii in fauorem iurantem interpretari ex l. quidquid astringenda ff. de verb. oblig. & colligitur ex cap. ex parte, de consil. & ibi Panormit. & Glossa. Tertio, quia est pro valore actus debet esse praesumptio. Abbate, de verb. significat. l. quoties ff. de reb. dubiis. At hoc intelligi debet, quando est damnosus, & onerosus, ex text. in l. qui iurasse. §. si pater ff. de iureiurando. & Gl. ibi Panormit. & comitis, & Felin. cap. fin. n. 13. de praesumpt. Neque obstat text. in l. in praesentia, de probat. ibi enim in fauore actus iudicatum fuit. Quia ab ipso proficiente religionem exhibiti fuerunt testes ad probandum in minori aetate professionem fecisse: qui testes cum essent induci ab ipso proficiente debebant plene probare, vt dicit glossa, & cum in probatione defecerint, ideo Pontifex valorem professionis praesumit. Adde fauore religionis, cui erat ius acquisitum, debebat iudicari professionem valere quia in dubiis professio fauet.

Secundum impedimentum, quod solet vsus rationis tollere, est somnus, ebrietas, vel phrenesis. Quaeitur ergo, an in casu dubij debeamus iudicare votum, iuramentum, & promissionem valere.

Et quidem dubium esse potest an haec facta fuerint tempore, de Castro. Sum. Mor. Pars 1.

te somni, ebrietatis vel phrenesis, vel tempore sanae mentis. Secundo posito quod tempore somni, ebrietatis, vel phrenesis facta fuerint, possit dubitari, an tunc fuerit plena ebrietas, vel phrenesis, vel somnus tollens liberatem.

De primo dubio Thom. Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 1. n. 15. affirmat praesumendum esse votum, iuramentum, & promissionem tempore sanae mentis esse gesta, ac proinde valere. Probat primo, quia somnus, ebrietas, vel phrenesis breui tempore durat, ergo non possunt eo tempore haec gesta praesumi. Quod factus est in amentibus, quando amenitas continuo a quo tempore durauerit vt probat idem Sanchez lib. 1. de matr. disp. 8. n. 17. Secundo dum constat de voto, & promissione, exculatio est dubia. Ergo possidet votum. Tertio qualitas quae homini naturaliter inest, semper praesumitur adesse, dum de contrario non constat. Glossa in cap. si forte, de elec. in 6. Glossa & doctores, in cap. iis qui fidem, de sponsal. Franc. Matc. in dec. 39. lib. 1. latè Alciat. in tract. de praesumpt. reg. 2. in princ. Menoch. lib. 1. de praesumpt. q. 14. n. 3. Malcard. de probat. verbo qualitas conc. 1254. n. 86. Quarto ex communiter contingentibus praesumptio sumenda est ex l. num ad 64 ff. de legib. & tradit Malcard. de probat. verbo praesumptio, concl. 130. n. 42. cum Decia. resp. 1. n. 256. lib. 1. & Reminald. Senior. conf. 2. n. 8. vol. 1. Cum autem contingere non solet vota, iuramenta aliaue promissiones tempore somni, ebrietatis, aut phrenesis emitti, sed tempore sanae mentis, iudicandum est in casu dubij tempore sanae mentis emissa esse, ac, proinde obligare. De Secundo dubio credit idem Sanchez vota iuramenta, & promissiones non obligare, quia cum ebrietas (& idem est de somno, & phrenesi) solet a mente alienare, stat praesumptio pro alienatione.

Dicendum primo est, in hoc secundo dubio verissimum esse sententiam Sanchez, quamque confirmat Suar. lib. 4. de voto cap. 6. n. 9. exemplo illius, qui noctu habet pollutionem quique dubitat an habuerit perfectum vsus rationis, de quo non praesumitur mortaliter peccasse ob defectum perfectae libertatis similiter ob eiusdem defectum non est praesumendus valide vouisse, aut promississe.

Circa primum dubium dico graues, & efficaces rationes debere adesse vt dubium reddant promittentem, tempore ebrietatis, vel phrenesis, facta esse iuramenta, & promissiones. Quia pro contraria parte stat praesumptio sumpta ex communiter contingentibus. At si daremus promittentem verè dubium existeret, eo quod nec recordatur bene de promissione, neque actus ostenditur. ita bene gestus, vt tollat dubium, iuxta tradita à Conarr. 4. decret. 2. p. c. 2. n. 7. ex ultimo promissionem votum, & iuramentum non valere, sed posse sic dubitantem deposito dubio agere contra illa ita Suar. loquens de voto, lib. 4. cap. 6. n. 9. Ratio quia tunc verè dubitatur, an sit votum iuramentum, & promissio, cum dubitetur an sit aliquid essentialiter requisitum ad illa quale est libertas. Ergo in fauorem libertatis est iudicandum.

Neque obstant contraria. Admittimus iuramentum, votum, & promissionem regulariter loquendo, praesumenda esse facta tempore sanae mentis nisi ex alio coniecturam contrarium colligitur. Neque est necesse, vt certo colligatur; sufficit, si ita colligatur, vt dubium vinci non possit. In casu autem dubio praesumendus est vsus rationis in iis, quae spectant ad fauorem personae, non tamen in iis, quae ei oneris, & obligationis sunt, in reg. iuris in 9. Quod in gratiam alicuius conceditur, non debet in eius odium retorqueri; & docet Suar. supra.

De tertio impedimento subita passionis, iracundiae, aut alterius perturbacionis, an si dubium sit priuare promittentem deliberatione requisita, censendus sit obligatus?

Respondeo cum Suar. illo cap. 6. n. 10. si daremus sic promittentem verè dubium existeret de tuo vsu rationis, non esse obligatum: quia est dubius de valore actus, ac proinde de obligatione. Sed affirmo regulariter non posse huiusmodi dubium habere, quia raro, vel nunquam calor iracundiae vsus rationis impedit, quin operatio inde orta sufficientem libertatem ad bonum, & ad malum habeat. Alias occidens alium iratus excusaretur a mortali, consentit Thom. Sanchez, lib. 1. sponsal. disp. 7. n. 10. cum Panormit. cap. dudum, de conser. coniugat. n. 8. Alex. de Neuo cap. sicut ex litteris de iureiur. n. 8. & Felin. alius relatus n. 13. Bal. de Leon. lib. 4. de matr. cap. 1. n. 2.

Verum si cessante iracundiae calore nullo modo promissionem faceres, sed potius facta penites, etsi Anton. cap. si cut ex litteris de iureiur. n. 9. & panormit. cap. si vero, eod. tit. n. 7. affirmet te obligatum non esse, non credo. Nam vt bene dicit Thomas Sanchez, supra num. 8. & Basilus n. 6. multa calore iracundiae sunt deliberatione sufficienti ad culpam leualem quae eo calore secluso minime admittentur. Est tamen probabilis coniectura, vt in casu, dubio intelligatur defuisse deliberationem. sic Sanchez, supra cum Tabiena verbo votum 1. quasi. 2. in. 1. in 2. edit.

DE CASTRO
ITALIA
TOM.
I
E

